UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, & ecclesiasticorum doctorum scriptis ...

Venetiis, 1579

De die naturali & artificiali. c. 11

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Visual Library

dicemus infra, vbi de cyclis agetur. De ęra ſupra dictũ eſt tra-
ctatu. 1. c. 6. ¶ De die naturali ⁊ artificiali. Cap. 11.

Dicet iã ſuperius in pleriſqȝ locis de die tactũ ſit: nihilomi
nus ⁊ hic ſpãliter dicendũ eſt. Sciendũ eſt igitur ꝙ duplex eſt
dies. ſ. naturalis ⁊ artificialis, ſiue vſualis. Naturalis eſt ſpatiũ,
quo ſol ducitur circa totã terrã ab oriente vſqȝ in occidentē. ſ.
ſpatiũ diei ⁊ noctis, qḋ ſp̄ ↄtinet 24. horas. Dr̄ dies iſta a diis,
quoꝝ noĩa Romani quibuſdã ſiderib. ſacrauerunt. Vel a dyo,
qḋ eſt duo: qꝛ ↄtinet duo tp̄a, noctẽ. ſ. ⁊ diẽ vſualem. Artificialis
eſt ſpatiũ, quo ſol moratur ſup̄ noſtrũ hemiſphęrium ab ortu ſo
lis vſqȝ ad occaſum. Et hoc ſm̄ ſolis aſcenſum ⁊ deſcenſuȝ cre-
ſcit pariter ⁊ decreſcit. Dr̄ aũt dies a dian, qḋ eſt claritas. Et dr̄
vſualis ſiue artificialis, qꝛ ſolũ hoc tp̄s aptũ eſt vſibus ⁊ artifi-
ciis exercendis. Reliqua pars diei dr̄ nox a noceo, qꝛ nocet vi-
ſui ⁊ vſui: ⁊ ideo vocata eſt dies a meliori parte ſine cõmemora
tione noctis, Iuxta illud: Et factũ eſt veſpere ⁊ mane dies vn⁹.
¶ Rurſus partes diei ſunt tres, ſm̄ Iſid. ſ. mane, meridies, ⁊ ſu
prema. Mane eſt lux matura, ⁊ plena, nec iam crepuſculũ. Me
ridies dicitur quaſi medidies. i. medius dies, vel quia tunc pu-
rior dies eſt. Suprema eſt poſtrema pars diei. Sero dicit̄ a clau
ſis ſeris. ¶ Noctis vero partes ſunt ſeptẽ. ſ. veſperuȝ, crepuſcu-
lũ, ↄticiniũ, ītẽpeſtũ, galliciniũ, matutinũ, ⁊ diluculũ. ¶ Veſpe
rũ dr̄ a veſpere occidentali ſtella: q̄ tenebras ſequẽtes p̄cedit, ⁊
dñr tenebrę, quaſi tenentes vmbrã. Crepuſculum dr̄ dubia lux. ſ.
inter lucẽ ⁊ tenebras. Conticiniũ eſt, qñ iã oẽs ſilẽt. Intẽpeſtum
eſt mediũ noctis tp̄s, qñ nil agi pōt, ⁊ oĩa ſilẽt quaſi inopportu-
nũ. Galliciniuȝ dr̄ pp̄ gallos lucis p̄nũcios. Matutinũ eſt inter
abſceſſum tenebrarũ ⁊ aurorę aduẽtuȝ. Diluculum dr̄ quaſi inci
piẽs pars diei lux ⁊ aurora, q̄ ſoleȝ p̄cedit. Eſt. n. aurora diei cla-
reſcẽtis exordiũ. ¶ Et nota, ꝙ dies alij ſunt ſyderales, in quib.
ſydera mouent̄, ⁊ hoĩes a nauigationibus excludunt̄: alij p̄lia-
les, de quib. in libris Regũ, quibus reges ſolent ad bella p̄cede-
re, ⁊ alij intercalares, quos ſcimus duodecim menſib. ſupereſſe:
alij caniculares, alij ſolſtitiales, alij ęquinoctiales: de quibus iã
p̄miſſum eſt alii faſti, in qb. iura fant̄: alii nefaſti eis cõtrarii: alii
feſti. i. feſtiui, vt dies azimoꝝ: alii p̄feſti quaſi p̄cul a feſtis, vt fe
riales: alii mali ſunt, qñ in eis plus ſolito homines affligũtur.

Vñ apl's. Redimentes tp̄ſ, qm̄ dieſ mali ſunt: ⁊ e contrario ſunt boni: alij egyptiaci, de quibus p̄miſſum eſt: Eſt ēt dieſ ſalutis: in quo dn̄s venit ad ſaluandum: Eſt ēt dies iudicij: in quo dn̄s veniet ad iudicandū: qui erit bonis dies letitie, malis aūt calamitatis ⁊ miſerie. Momentū vero eſt minimū atq3 anguſtū tp̄s a motu ſyderū dictū: eſt. n. extremitas hore in breuibus interuallis cum aliquid ſibi cedit atq3 ſuccedit, ſm̄ Iſido. Hora grecū nomen ē, ⁊ terminū latine ſonat: eſt. n. finis tp̄is. Quot autē horas continet dies naturalis dictū eſt in principio huius partiſ.

❡ Tractatus ſecunde partis, tractantis de anno lunari.

❡ Quid ſit annus lunaris, ⁊ quot dies contineat. Cap. 1.

Annus lunaris dr̄ tribus modiſ: Primo mō, annis lunaris eſt ſpatiū, quo luna circuit totū zodiacū: qd̄ facit in 29. diebus ⁊ 12. horis. Secūdo mō, dr̄ annus lunaris ſpatiū, quo luna circuit ſolē ab vna aſcenſione vſq3 ad aliā, ⁊ hoc facit in 29. diebus, ⁊ 12. horis. Nā cū luna ſeparat a ſole ad peragrandū zodiacū, ⁊ poſtea reuertit ad eundē punctū, in quo dimiſerat ſolē, non inuenit illū ibi: q2 ſol iam tm̄ p̄ceſſit ſuo motu, q luna laborat recurrere ad eū, ſiue attingere ipſum duobus dieb. ⁊ tribus horis. Tertio, dr̄ annus lunaris ſpatiū duodecim lunationū in anno cōi, ⁊ tredeci3 in embolismali: de quibus infra dicet. cum ergo lunatio q̄libet ꝯſtet 29. diebus ⁊ 12. horis: q2 non curat eccl'a de minutis: ex 12. horis p̄cedentis lunationis, ⁊ ex 12. ſequentis conſtituitur vna dies naturalis: que ſemper lunationi p̄cedenti attribuitur, ita q lunatio p̄cedentis mēſis ſemper habeat 30. dies, ⁊ ſequentis 29. niſi ſit aliud pp biſſextū, vel emboliſmū, vel ſaltum lune. vnde verſ.

Luna paris menſis nunquam triceſima fiet. Impar triceno nunquam ſine fine carebit. Tpe biſſexti febri luna triceſima eſt.
Nam iulij luna tunc eſt viceſimanona. Menſis par dr̄: quia numerando a ianuario per ordinē cadit in numeru3 parem, vt februarius, aprilis, iunius, auguſtuſ, october, december, quoru3 lunatio ſemper eſt 29. dierum, excepto februario, cuius lunatio eſt 30. quando eſt biſſextus. Impar vero eſt, quando cadit in numerum imparem, vt ianuarius, ⁊ martius, maius, iulius, ſeptēber ⁊ nouember, quorū lunatio ſemper eſt 30. dierū: excepto iulio, qui in vltimo anno cycli lunariſ propter ſaltum lune habet

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN